

## ZDANIA WZGLĘDNE

### a. przydawkowe

1. Semper potentior lex est, quae vetat, quam quae permittit.
2. Caesar Helvetios oppida vicosque, quos incenderant, restituere iussit.

### b. przyczynowe

1. O magna vis veritatis, quae facile per se ipsa defendat.
2. Caninio consule scito neminem prandisse. nihil tamen eo consule mali factum est; fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit.

### c. przyzwalające

1. Egomet, qui sero ac leviter Graecas litteras attigissem, tamen cum pro consule in Ciliciam proficiscens venissem Athenas, compluris tum ibi dies sum propter navigandi difficultatem commoratus.
2. Egomet, qui te consolari cupio, consolandus ipse sum.

### d. skutkowe

1. Non is sum, qui mortis periculo terrear.
2. Nulla est enim tanta vis quae non ferro et viribus debilitari frangique possit.  
(Cic. *Marc.* 8)
3. Mors igitur ipsa, quae videtur notissima res esse, quid sit, primum est videndum. sunt enim qui discessum animi a corpore putent esse mortem; sunt qui nullum censeant fieri discessum, sed una animum et corpus occidere, animumque in corpore extinguere.

### e. celowe

1. Legem brevem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur.
2. Deos hominesque testamur, imperator, nos arma neque contra patriam cepisse neque quo periculum aliis faceremus, sed uti corpora nostra ab iniuria tuta forent,

**f. warunkowe**

1. Qui videret, urbem captam diceret.
2. Haec qui videat, nonne cogatur confiteri?

**ĆWICZENIA**

1. Quis est quem non moveat clarissimis monumentis testata consignataque antiquitas.
2. Alexander, cum ad Achillis tumulum adstisset: "O fortunate", inquit, "adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris."
3. Nulla acies humani ingenii tanta sit, quae penetrare in caelum, terram intrare possit.
4. Gravior multo poena est, quae a miti viro constituitur.
5. Et quidem omnia praeclara rara, nec quicquam difficilius quam reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum.
6. Clusini legatos Romam, qui auxilium ab senatu peterent, misere.
7. Sumne sanus, qui haec vos doceo?
8. Ego, qui illa numquam probavi, tamen conservanda concordiae gratia arbitratus sum.
9. Quis est tam stultus quamvis sit adulescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum?
10. Qui se ultro morti offerant facilius reperiuntur quam qui dolorem patienter ferant.
11. Nihil est opere et manu factum quod non conficiat et consumat vetustas. (Cic. *Marc.* 11)
12. Livianae fabulae non satis dignae sunt, quae iterum legantur.
13. Habeo senectuti magnam gratiam quae mihi sermonis aviditatem auxit, potionis et cibi sustulit.
14. O solem beatissimum, qui, antequam se abderet, fugientem vidit Antonium.
15. Nemo est orator, qui se Demosthenis similem esse nolit.
16. Cicero plurima verba ad usum patrii sermonis adiunxit, quo lucidius et commodius philosophorum inventa disputataque exprimerentur. (BRUNI, *Vita Ciceronis*)